

MEMORIAE
VIRI
NOBILISSIMI, AMPLISSIMI *aq.* EXPERIEN-
TISSIMI

DOMINI
IOANNIS
VOGETII,

MEDICINAE DOCTORIS & PRA-
CTICI THORVNENSIS LONGE
FAMIGERATISSIMI,

DIE IIX. FEBR. ANNO MDCCXXIII.
REBUS MORTALIVM FELICITER EXEMPTI,

AC
DOM. SEPTVAGESIMAE
SOLENNIBVS EXEQVIIS
TVMPLO IN AEDE MARIANA ILLATI,
HOC QVALECVNQVE

MONVMENTVM

CONSECRARE VOLEBANT
RECTOR ET PROFESSORES
GYMN. THOR.



THORVNI
Impressit Ioh. Nicolai NOB. SENAT. & GYMN. Typogr.

D. O. M. S.

FELICIOR

Aspectu, cogitatione huius, quod intueris, futurus
Viator,

Si non quoad fortunam, tamen quoad vitam & mentem
Meditare, quem putes *Medicum felicem*
diceres,

In quo laeta honoris, laboris & doloris catastrophe.
exemplum est
Vir

Medica arte, doctrina, usu & genere Nobilissimus
IOANNES VOGETIUS

Dedit honesta natalium conditio & decus honorem
Auxit virtus & ingenii alacritas
locupletavit, aucta aetate, doctrina,
quam

Instillantibus in patrio Gymnasio Gedanensi Doctoribus
meritis fama & eruditione clarissimis
hausit avide

Perfusus pleno alveo
cum fontes limpidissimos Lipsiae adiret,
pelagus profundum

Emetiendae, scrutandae & expiscandae naturae ingressus.
Gratiosa facultas

gratiam metetur, invenit ubique & aucupatur;
inde honos insignis.

Cuius altiores gradus emensuri omen, faustum
habet virtus ac proficiendi cupiditas,

Quam non extinxit peregrina tellus sed excitavit.

Quippe Gallia, Batavia variaeque regiones & civitates
accedentem instruxerunt,

recedentem cum honore excepit patria,
cui servire natus

Servare alios inter doctos edoctus,

Docta Lauru donatus

acquisito scientiae honore

obtento honoris testimonio publico

facere medicinam primum in patria instituit

Non rapere animas, sed revocare

non expugnare naturam, sed depugnare malignitatem

auspice divina gratia

animum suggerente scientia

comite fide

auxiliante usu & virtute

Felicis medici nomen obrinuit

prosperare & opportune Thorunii gesit

bene sic gestis ut obsignaret omnia, unice laboravit.

inde accessit labor

Cedere cum morbi nolent, intendenda erat cura

ex alienis doloribus sua emerit molestia & dolor,

isque tanto gravior

quo durius & pertinacius sanandum afflixit.

Fama, fortuna & arte facile par Asclepiadi Prusensi

peritissimo medendi artificii

Consilio tamen & animi probitate prorsus dissimilis

ille persuasus temere, sponsione cum fortuna facta

tum se esse evasurum infelicis medici opprobrium

si nullo invaderetur morbo.

Luit poenas vesaniae illaetabili ac funesto vitae exitu

fatis & naturae reluctaturus.

Nestor

Noster fragilis naturae memor
componi eam, non superari
emendari aliquantum non plane immutari posse
mature & sapienter didicerat,
Quare dolores, quos morbi attulerat vis, patienter tulit,
tesseras divini amoris,
monita futurae felicitatis
terminos, si qua est & fuit, praesentis.

Uno verbo :

ut laeto & laudabili vitae exordio
monstraret
exordium laudis perennaturae nomenque
MEDICI FELICIS.

ergo non invida mors rapuit virum
ne medica arte sibi obsisteret,
sed vento secundo
illatus honoris templo,
ut quiesceret.

Unum est, quo infelix nominandus,
quod infelicem reliquit domum
tristem & cura sua vacuam
bonus, & diligens Paterfamilias.
infelix quoque ingenii foetus,
qui multis felicitatem minabatur
ne plane consepulta esset memoria.
Medicorum vitae, merita scripta & monumenta
indice sat amplo constituto
florere illo duce

restituitis viribus reviviscere debebant.
Lindenum, Merclinum Beughemium imitaturus,
in eo autem superaturus,
quod recentius sequeretur tempus,
alii hanc tradidit felicitatem
ut ex se, si velit, quasi vivat.

Cernis Viator

Difficile esse, hanc acquirere felicitatem, difficilius retinere.

Tu tamen precare

ut aeternum felix sit ex maiorum voto,
qui servavit patriam, adiuverit, auxerit.

Tibi, mihi & aliis illam,


quam nec ferre terra, nec fari ipse potes,

ita erimus

felicissimi.

l. m. sc.

PETR. IAENICHIVS.



Drey Reiche dieser Welt muß der mit Klugheit kennen /
Wer sich will einen Arzt zum Trost der Kranken nennen.
Was in der Erden liegt / was aus derselben grünet /
Was jedes Thier vermag / worzu sein Wesen dienet /
Das alles muß ein Arzt in sein Gedächtniß schlößen /
Und darbey Gottes Krafft / als seinen Doctor grüssen.

Gott läßt die Majestät in diesen Sachen sehen /
Weil durch sein Allmächts-Wort die Würckung kan bestehen /
So keines Menschen Wiß darinnen weiß zu finden /
Und auch ein Dædalus muß seine Flügel binden :
Wenn die Philosophie die Mittel will betrachten /
Dann pflegt Agrippæ Geist dieselbe zu verachten.

Was uns de Cartes hat mechanisch vorgetragen /
Und seine Secte kan von vielen Geistern sagen /
Ja durchs Vergrößerungs-Glas Figur und Bildung weistet /
Hiernächst ihr Element als eine Wahrheit preiset /
Das war Hippocrati gar nicht bekant geworden /
Und dennoch rühmet ihn des Esculapens Orden.

Erfahrung und Vernunft sind Schwesterlich verbunden /
Doch diese weicht oft / wenn jene was erfunden
So sich mit der Natur und Gottes Willen räumet /
Und nicht von Phantasie und Aberglauben träumet /
Erfahrung lehret uns die Mittel recht zu wehlen /
Und die Vernunft kan nicht in Maas und geben fehlen.

In Summa welcher will ein klares Benspiel haben /
Worinn ein Medicus des weisen Schöpfers Gaben
Mit Nutzen und mit Ruhm soll wissen anzuwenden /
Derselbe lasse sich vom Neide nicht verblenden /
Und sehe / was hier steht / worinn ein Arzt bedecket /
Der durch Gelahrtheit hat Mortam oft erschreckt.

In Deutsch- und Holland ward sein grosser Fleiß verspühret /
Und Leiden hat sein Haupt mit Lorbern ausgezieret /
Sein Dankig rühmet Ihn / und unsre Stadt gestehet /
Das seines Namens Ruhm zur Ewigkeit hingehet /
Ja die Gelehrte Welt wird seine Mühe preisen /
Wenn sich sein MSCt (*) kan durch den Drucke weisen.

Die Liebe Gottes war im Herzen eingähet /
Kein Mensch ward freventlich von seinen Geist verlehret /
Was eine Tugend ist und die Gelehrte loben /
Verspührete man bey Ihm auch in des Unglücks Toben /
Und hätte unser Wunsch Ihm können Jahre geben /
So würd Er höchstvergnügt noch lange Zeiten leben.

Jedoch es wuste Gott / was Ihm allhier geschiet
An seiner Wissenschaft / und Herz und Geist gequählet /
Drum soll der Lebens-Baum die Krancke Seele heilen /
Sie soll im Paradies bey Christo sich verweilen /
Bis der veraschte Leib / den Sterblichkeit genommen /
Wird künfftig aufferweckt in Klarheit zu ihr kommen /

Gott tröste die betrübt mit Seuffzen und mit Thränen
Sich nach den Seeligen und dessen Liebe sehnen /
Er sey die Medicin, so die zerknirschte Herzen
Nebst aller stiller Quaal und unbekandten Schmerzen
Gleich einer Panacee von Grund aus kan curiren /
Und endlich mit der Zeit zu Ihm in Himmel führen.

G. P. Schulz.

(*) De Scriptoribus Medicis ab Anno 1650. usque ad nostra tempora. Wie der Sel Herr
Doctor mir davon eine Probe zum Ornament des Gelehrten Preussens vor nicht langer
Zeit zu geben versprochen hatte.

Non est in Medico, semper relevetur ut ager:
 Est nec & in Medico, semper se curet ut ipsum;
 Sed mors quemque rapit, Medico nec barbara parcat,
 Afferat ipse licet sacras Epidaurius herbas,
 Adveniant etiam Podalirius atque Melampus,
 Multaque, præterea comitata Mochaone turba,
 Pharmaca, nil quævis, nil nec panacæa juvabit.
 Nam certe latitat cura ἰδὲ θεῶν, in omni;
 Ni Deus adfuerit viresque adiunxerit herbis,
 Ipse sua Medicus quoque spe frustratur Apollo.
 Funus idem Medici præsens hoc edocet omnes,
 Hic ægris felix fuit, hic fidusque Machaon,
 Artis dum Medicæ permultis profuit usu;
 Sedulus, expertus Physicæque rei integer augur,
 Attramen arte sua Medicus sibi defuit ipse,
 In propriis iners fuit experientia morbis.
 Pectus lethalis dolor adficiebat anhelum,
 Concidit, ac victus palmas contendit inermes.
 At ait ipse, reor: quamvis me sufferat aura,
 Hacce tamen Cæli mihi mox referabitur aula,
 Non etenim Medicum fugiebat in arte peritum,
 Corpus terrenum quæ fors miseranda maneret;
 Quæque animum tristem variæ ærumnæ vexarent;
 Hinc animus vitæ flagrabat amore futuræ,
 Quæ morbos nullos, quæ non mala sentiat ulla.
 At Tu Summe DEVS mœstis succurre relictis,
 Et tandem Proles miseri, miserere dolentis!

Condol. scr.

M. REINHOLDVS FRIDER. BORNMANNUS.

Nubila qui menti didicit detergere, curas
 Frangere, ne cingat cana senecta caput:
 Tempora qui licito novit distingvere ludo,
 Hic sapit, hic solus dulcia ferre potest.
 Non semper vates oracula fundit Apollo;
 Est ubi post arcum temperet ille chelyn,
 Nec semper Dictynna feras sectatur in altis
 Montibus, hanc etiam ponere tela iuvat.
 Defessus motu rapido cursuque diurno
 Oceani Titan æquore mergit equos.
 Bruta etiam tellus radiis ac sole perusta,
 Brumali requiem tempore fessâ petit.
 Quid mirum est, partem curarum carpere doctus
 Si cupit, auratam sollicitatque chelyn?
 Si fractus studiis hortosque & rura revisit,
 Gramine porrectus si sua damna levat?
 Frangitur ille quidem, studiis qui conterit ævum,
 Quem famæ arrodit non moderata fames.
 Atqui interponit mordaci gaudia curæ,
 Ad literas sveras lætior ille redit.
 Vt cum post hyemis longæ fastidia, sylvas
 Obsidet, & dulces dat philomela sonos.
 Aut cum libat apibus, depulso frigore Cori,
 Lilia, & inde favos Dædala ponit apibus:
 Illa quidem geminat nullis imitabile carmen,
 Atque uno variat gutture mille sonos:
 Iam cytharam tenuemque lyram, crotalosque loquaces,
 Iam lituos simulat, cymbala, sistrâ, tubas.
 Hæc vacuas iterum distendit nectare cellas,
 Gratoque agricolis murmure præta replet;
 Narcissi lacrimas, & roscida munera Floræ,
 Providaque Hyblæos depopulatur agros.
 Consimili ingenio effulsit mens dia VOGETI,
 Ereptum Aonides quem Machaona gemunt.

Ille

Schulz.
 der Sel Herr
 nicht langer

Ille quidem ad seras solitus vigilare lucernas,
 Dumque iterum radios Cynthius orbe refert:
 Ille per errato Naturæ triplice regno,
 Et morbo & fatis obstitit arte pia,
 Senferat attritas tamen hoc libramine vires;
 Senferat enervem reddere posse libros.
 Ergo, quando animum recreat mulcetque labores,
 Vel virides hortos, vel petit ille chelyn:
 Dumque arbuta serit, tractatque georgica solers,
 Et corna in prunis dum lapidosa rubent:
 Dum vites alio eondit sub fidere natas,
 Sarmaticoque docet germina ferre solo:
 Reddidit hoc studio Varrones atque Catones,
 Et scito ingenio qui Columella fuit.
 At quoties sol Hesperii se immerferat uadis,
 Pulsabat digito quam variante chelyn!
 Threicius poterat modulis concedere vates,
 Cedere & aurata Calliopeia lyra.
 Sic mulcebat enim, sic tristia corda levabat,
 Ligna animans dulci carmine, saxa trahens.
 At nunc illa jacent, alga iacet oblitus hortus,
 Extinctum dominum luget amara chelys.
 Non ille in gemmas ibit, non poma refundet:
 Non ista adsvetos concinet ante iocos.
 Et tu magna situ iam bibliotheca iacebis,
 Solamen domini delictumque Tui.
 Heu mihi, quis studio congesta volumina volvet!
 Heu mihi, quis Musis scrinia clausa dabit?
 Invere nunc plantas, testudine lude canora,
 Turgescant plutei: nil tamen efficies.
 Eripiet nox una diem, nil rura iuvabunt,
 Nil moduli Phrygii, bibliotheca nihil.
 Quid faciam, nostra quando Podalirius urbe
 Celsit, & auratos iam tenet ille lares?
 Terram illi placidam, famam post fata perennem
 Apprecoc. hoc aetas denique grata legat:
Natura antistes, cultorque VOGETIVS horti
Hic situs est, Claræ delictumque lyrae.
Reddita mens caelo est: animi simulacra repandunt
Horti florales, bibliotheca, Chelys.

Fautori eximio gemens dolensque
 Lugubres elegos dedit dolenter
 IAC. ZABLERVS

~~~~~  
**A**ch selbst die Verste sind von gleicher Sterblichkeit/  
 Die sonst den Parcen oft den Faden angesponnen/  
 Daß der halb todte Leib auff's neue Krafft gewonnen/  
 Sie aber haben sich vom Tode nicht befreyt.  
 Was wills mit ihnen doch für andern besser werden?  
 Der heut unsterblich ist liegt morgen in der Erden.  
 Wir schreiben unser Zeit mit grossen Zahlen an/  
 Wir rechnen Jahr für Jahr, was wir beginnen wollen/  
 Und sterben da wir uns am besten zeigen sollen/  
 Ob man schon auff Verstand und Stärke trocken kan.  
 Der Tod geht unvermerckt durch fest verschloßne Thüren/  
 Und rufft uns plötzlich zu die Rechnung abzuschreiben.  
 Ach könnte Weißheit nur dem Tod ein Abscheu seyn!  
 Ach dörfte dieser nicht in ihre Tempel brechen/  
 Und ihre Priester Zahl nicht so geschwinde schwächen!  
 So schreibe Sie ihr Glück in schönsten Marmor ein.

Wenn

Wenn mancher kluger Mann nicht vor der Zeit erbliche,  
 Wir hätten noch so viel der Weißheits-vollen Sprüche.  
 Als ehmalts Theophrast der hier gar sehr viel Jahre  
 Schon rühmlich hinterlegt/ die Erde küssen solte/  
 Und dennoch auf der Welt noch fernher leben wolte/  
 Rieff er voll Ungedult es ist doch offenbahr:  
 Daß Hirsch und Krähen oft noch zweymahl länger leben/  
 Was? will der Himmel mir nicht gleiches Glücke geben?  
 Bey einem Heyden geht dergleichen Bahn wohl hin.  
 Der doch/ so klug er ist den Himmel blindlings siehet/  
 Und bloß nach der Vernunft sich seine Rechnung ziehet:  
 Die Christen haben schon ganz einen andren Sinn.  
 Denn der das Leben giebt/ der hats auch Macht zu nehmen/  
 Drum können sie so wohl zum sterben sich b. qebauen.  
 So ist **BERUBTESSE** auch euer Todes Fall/  
 Dereuch zwar schmerzlich schlägt. doch in dem Herrn ergangen/  
 Ich sehe selbst betrübt der Freunde nasse Wangen  
 Und tieffes seuffzen an. Denn wenn des Donners Knall/  
 Bey Pech. schwarz finstret Luft in eine Eder schläget/  
 So wird der ganze Wald/ ja alles mit bewegt.  
 Der Tod/ **HOCHSEELIGER** hat deinen Ruhm verführt/  
 Ein Schlag hat aufeinmahl dein ganzes Haus erschittert,  
 Und du must untergehn/ Maach Freund. manch Glied erzittert/  
 Weil man den jähen Schlag noch auff den Strassen hört:  
 Doch du hast dich in Gott zum sterben stets bereitet/  
 Drum wurd auch deine Seel in Salems-Burg begleitet.  
 Fleisch/ Fleisch dein Jesus rufft dich plötzlich von der Welt/  
 Die in der letzten Zeit nichts gutes hat zu hoffen.  
 Genung! es steht vor dir der Ehren-Tempel offen/  
 Genung! dein Glaube siegt/ dein Schild behält das Feld/  
 Und lehret daß ein Christ/ er sterbe denn geschwinde  
 Den allerleichtesten Weg zu seinem Himmel finde.

Dieses wenige setze dem Seeligen Herrn Doctori  
 zu einigem Andencken und denen höchst betrübten  
 Leide tragenden zum Trost auff.  
 Gottfried Weiff.



**W**ER **HOCHBERUBTESSE** TRAUER HAUSEZ/  
 Den herben Schmerz und Kummer nachgezählet/  
 Der dich zeither empfindlich hat gequället/  
 Spricht hievon dieses Urtheil aus:  
 Daß Gottes Hand Dich tieff gebeuget/  
 Und Dir was hartes hat erzeiget.  
 Wie höchstempfindlich war das Leid/  
 In welches dich die Fügung Gottes setzet/  
 Als nächst ein Sohn abwesend dich verletzete?  
 Gewiß es wurden Trost und Freud/  
 Die du von selbem dir versprochen/  
 Dadurch gewaltig unterbrochen.  
 Was sonst dein Freuden-Ziel verrückt/  
 Und vollends noch zu Unmuths-vollem Leben  
 Gelegenheit? und Ursache gegeben/  
 Bleibt jetzt von mir unaufgedrückt:  
 Um nicht bey vielen Trauer-Stunden  
 Noch zu erneuren deine Wunden.  
 Doch alles diß komt noch nicht bey  
 Der Wunde die dir Gott auff's neue schläget/  
 Da selbst dein Haupt wird in den Staub geleyet:  
 Ein Fall/wie der/ ist zweiffels frey

Vor allen höchstbetrübt zu schätzen  
 Und denen andern vorzusehen  
 Wenn naher Blutsverwandten Zahl  
 Theils einen Mann/ theil Vater/ von sich lassens;  
 Ist dieser Schluß mitleidig abzufassen:  
 Daß dieses eine solche Qual/  
 Die nur von denen einzusehen  
 So selbst in gleicher Trauer stehen.  
 Nun Gottes ungebundene Hand  
 Die du zeitlich/ durch tieffgeschlagne Wunden  
 Und herben Schmerz/ HOCHBEREICHES HAUS empfunden/  
 Ist auch hierin dir wolbekandt:  
 Daß sie/ dieselben zu verbinden/  
 Weiß Kraut und Pflaster auszufinden.  
 Der dir so unerbeyt entrücket/  
 Befindet sich nun in seines HERRN Freude:  
 Er pranget dort in seinem Sieges-Kleide/  
 Wo so viel Seelen/ ganz entzückt/  
 Nach rühmlich ausgeführtem Ringen  
 Das Lied des Lammes freudig singen.  
 Ist sonst aus nachgebliebenem Ruhm  
 Von dem der hier das Lebens-Land verlassen  
 Auch noch ein Trost vor Euer Herz zu fassen/  
 So bleibt auch der sein Eigenthum :  
 Sein wohlverdientes Angedencken  
 Wird die Verwefung niemahls kräncken  
 Zu Bezeugung seines herzlichlichen Mitleidens und  
 Mittheilung einigen Trostes schrieb dieses  
 S.T. Schönwald, P.P.E.

